FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

Franckesche Stiftungen zu Halle

Brief von August John an August Hermann Francke.

John, August

Berlin, 22.06.1726

Franckesche Stiftungen zu Halle

Shelf Mark: AFSt/H C 209 : 98

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-238741

Visual Library

-HC 209

98

Vir Summe Reverende,
Parens atque Praeceptor ex animo
colende,

Si per dei gratiam vales, bene est; nos hic quoque valemus. Regina ornatum altaris Ulriciani, ut ex domina audio, magnifice apparandum curat. Ego cum alumno hodie iter in viciniam Perlebergensem ingrediar, post octiduum, volente deo, rediturus. ~~Hac~~ Haec festinanter,

Vir Summe Reverende,

Berolini, pridie Dom. 1. trin.
1726.

tuus
omni cultu et obsequio
Aug. John.

P. S. Parum aberat, quin oblitus fuissem alicuius cognatorum meorum, Johannis Philippi John, quem iam antea me tibi, Vir Summe Reverende, commendasse memini. Sed tum iter eius Halense nescio qui-

bus rationibus impeditum fuit. Nunc autem, Halæ agens ad me scripsit, iam die 30mo Maji, enixeque rogavit, ut se Tibi, Vir summe Reverende, itemq. SRdis Dnn. Collegis Tuis commendarem. Quod nunc hisce literis factum volo. Occasionem adolescentis videndi epistola præbebit, quæ cum literis hisce coniuncta est. Quantum ex epistola eius iudicare licet, fundamenta studiorum haitenus non infeliciter iecit. De hospitio autem curatius quæso interrogetur. Conqueritur enim, se sub primum adventum, civis cuiusdam sui, Erfurtensis stud. consilio et hospitium et contubernalem nactum esse parum idoneum. Id quod mihi quoque Halam appellenti primis diebus accidisse nunc memini. Sed ita animatus eram, ut canis instar in aquam proiecti omnibus viribus ad ripam contenderem. Atque ita post paucissimos dies Tuo, Vir summe Reverende, consilio Dn. Crispinum contubernalem nactus sum, cum quo iisdem studiis, animique theologicæ culturæ vacare licuit. Quamobrem opto, ut cognato, si forte eadem in Lerna adhuc hæreat, primo quoque tempore consulatur. Sed hæc haitenus. Deus Te, Vir summe Reverende, cum Tuis omnibus in Christo et Spiritus S. communione servet!

Inter Exspectantes iam dictus cognatus exquiri potent. ~~Ad~~ A SRdo Dn. D. Jock, Seniore Erffurtensi, se iam commendatum scribit.